

**www.e-rara.ch**

**Systema philosophiae universae**

**Hespelin, Oswald**

**Weingarten, 1762**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: RRI 221,11

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-35220>

Ethica.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



his pro angustia temporis veros nos physicos instituisse confidimus. Qui in qualicumque physices parte majores pro temporum, officii, statusque sui ratione progressus facere desiderat, historias evolvat naturales, librosque physicorum, & quod maximum est, vires proprias ad leges & præcepta hucusque data impendat. Tantam me hercle! rerum copiam & Dei sapientissimi miracula inveniet, ut illam necque exhaurire, nec de his delectari satis umquam poterit.

## Ethica.

§. 65. **P**ostquam Creatoris nostri intellectum plane summum in rebus naturalibus contemplati sumus, ejus quoque æquissimam voluntatem in Ethicis inquirimus. Boni autem & felicitatis ex eo promanantis, uti & mediorem ad eam acquirendam facientium, ac denique voluntatem huic scopo aptantium cognitio *Ethica* vocatur seu *Philosophia practica*. Dividitur commode in *Philosophiam practicam universalem*, in *Jus naturæ Ethicum*, *Politicum*, in *Ethicam specialem* seu *Philosophiam morum*, & in *Philosophiam civilem*. Præsupponit Logicam præcipue, psychologiam & Theologiam naturalem. Philosophos Protestantés & Acatholicos, quamquam hac in scientia suo nimium fidentes genio turpiter subinde sint hallucinati, maximam tamen partem Ethicam resuscitasse iterum, suoque nitore restituuisse nemo inficias ibit, nisi qui quidquid est acatholicum, eo ipso pessimum judicat. Theologi Moralistæ omnia susque deque vertunt, & jura commiscentes modo positivi, dogmatici modo, modo civiles, modo naturales sunt: sæpe mali Theologi, raro boni Philosophi; quod vel ipsa deformata moralis scientiæ facies, depravati mores, laxæ sententiæ, ac Probabilissimi luxuries satis superque demonstrant. Inde utilitas scientiæ ethicæ atque ejus necessitas facile patet; Lex enim naturæ præ canonica aut civili urget; immo Deus ipse ut auctor gratiæ sibi ut auctori naturæ contradicere nequit, adeoque tum demum leges positive



tive Divinas inquirimus, ubi naturæ lex salva fuerit atque incolumis; hæc quippe hominem, illæ christianum formant.

## Philosophia practica universalis.

§. 66. **P**hilosophia practica universalis est scientia adfectiva practica dirigendi actiones *liberas* ex regulis *generalissimis*. Egimus autem de actionibus primo humanis earumque differentia. Quid sint actiones necessariae & liberae, bonae & malae: quid sit *intrinsece* bonum & malum, quid *moraliter*. De consensu inter actiones liberae & necessariae. De obligatione naturali, & lege naturæ.

### CLXV.

Lex naturæ hæc est: *fac ea, quæ ad tuam perfectionem tendunt; omitte, quæ ei repugnant: & cognoscitur ex convenientia actionum humanarum cum hominis natura.*

§. 67. De Deo auctore legis naturæ, & ejus ad legem naturæ obligatione singulari.

De auctore legis naturalis.

### CLXVI.

Deus est Legislator.

§. 68. De pœnis & præmiis naturalibus & positivis. De virtute & vitio, infirmitate & impotentia naturali.

### CLXVII.

Virtuosus non est, qui edit actionem legi naturæ extrinsece conformem ex puro metu pœnæ, vel spe præmii positivi; nisi accedat intrinseca conformitas.

§. 69. Perfectio propria est *finis* hominis, qui subsistere nequit, nisi simul gloria Dei illustretur. & aliorum perfectio perinde ac nostra promoveatur. Quid sit beatitudo hominis, summum bonum, summum malum, bonum verum & adparens, felicitas & infelicitas. Dedimus deinde regulas, & normam ad hanc beatitudinem & felicitatem perveniendi. Ne in has regu-

de beatitate & felicitate hominis.

las